



ar
2

Dypl. 424





IN NOMINE DOMINI AMEN



GLORIOSA STUDIORUM MATER ET VIRTUTUM ALTRIX URBS ROMA,

quæ inter omnes mundi Ciuitates celeberrima scientiar-
omnium studio decorata existit, atque singularibus -

priuilegijs Pontificijs, & Imperialibus sublimata, cuius
etiam in toto terrarum Orbe veneranda, famosissima,
et antiquissima clarissimorum virorum vndecunque
confluentium auctoritas sidereis velut splendoribus
illustrata obtinet principatum illos dumtaxat ad publi-
cam et eminentem cathedram, supremique Doctoratus
splendidissimam dignitatem sublimare, erigere, et extolle-
re consueuit, quos longo exercitio, laboribus, summis vi-
gilijs, omni denique conatu spretis, & posthabitis huius
mundi delitijs sese doctrinæ penitus dantes ipsam diui-
nam Sacræ Theologiæ scientiam adeptos maximis laudi-
bus & verissimis testimonijs accurate reperit probatis-
simos & quos præsertim subtilis examinis certamen di-
gnos tam sublimi gradu ostenderit virtutum copia, meri-
torumque excellentia concurrente, vt si aliquando aliqui,
tanquam ex quopiam Seminario DEO vocante ad -

populorum gubernationem eligantur Ecclesiarum sibi com-
missarum curam et regimen digne et sapienter exerceant, po-
pulosque christianos doctrina cælesti enutriant, atque in officio
& Catholica Religione contineant, atque conseruent .
Quare cum hæc omnia intelligeret Illustris et admodũ
Reuerendus Dnũs GREGORIVS
MODLINSKI Polonus qui prius multos
per annos haud segnem operam Sacræ Theologiæ studio na-
uauit, atque diuinæ Philosophiæ scientijs sollicitam ac stu-
diosam operam impendit, cuperetque propterea ad Doctorat.
gradum in Sacra Theologia, & Philosophiæ facultate promo-
ueri per admodum Reuer.^{m} Prem Magistrum F. Paulum
Ciera Venetum Ordinis Sancti Augustini Lectorem
publicum Sacræ Scripturæ in sapientia, & admodum-
Reuer.^{m} Prem Magrũm Frem Hippolytum Bazzaniũ
Procuratorem generalem Ordinis Seruorum dicti Dñi

GREGORII Promotores Reuerendissimo in Chri-
sto Patri Fratri Vincentio de Florentiola Ordinis Præ-
dicatorum Sacri Palatij Apostolici Magistro Iudici
ordinario à Sanctissimo D.N.D. VRBANO Papa
Octauo vigore litterarum in forma Breuis sub annulo
Piscatoris, & Dat. Romæ apud Sanctam Mariam
Maiorem die vltima Iunij M DC XXXIX.
Pontificatus sui anno decimosexto, expeditarum depu-
tato, idem Illustris & admodum Reuer.dus Dominus
GREGORIVS legitimè fuit præsentatus examinā-
dus, et approbandus in Sacra Theologia, et Philosophia,
& ob hoc in præsentia plurium clarissimorum virorū
se subiecit arduo, rigorosoque examini infrascriptorum
Reuerendissimi Patris Magistri Fratris Thadæi
Altini Ordinis Erem: Sancti Augustini Apostolici
Sacrarij Præfecti, et admodum Reuerendi Patris Magri

Fratris Ægidij Censorini Procuratoris generalis Ordi-
nis Sancti Augustini; in quo sanè examine dictus D.
GREGORIVS MODLINSKI puncta, seu
conclusiones sibi assignatas miro, atque pulcherrimo
ordine, summaque doctrina legit, et recitauit diuidendo,
distinctiones adhibendo, contraria adducendo, dubitationes
ponendo illasque soluendo, pro et contra arguendo, argu-
mentisque eorundem Dnorum Doctorum de Collegio
acutè, subtiliter, ac magistrali more respondendo; deni-
que adeò doctè, eleganter, ac benè se gessit, vt fuerit ab
omnibus dicti Collegij Sacræ Theologiæ Doctoribus in
Sacra Theologia, & Philosophia idoneus intelligens,
et peritus habitus, tentus, & existimatus; et ob id in
Sacra Theologia, & Philosophia concorditer, pari vo-
to, cunctis suffragijs, ac nemine penitus, penitus,
penitusque discrepante Doctoratu dignus fuerit

approbatus; insuper habita prius debita informatione-
de illius Religione; & Fide Catholica, ac præcedente-
eiusdem D. GREGORII Fidei Catholicæ pro-
fessione, ac iuramento super sanctis DEI Euange-
lijs in manibus prædicti Reuerendissimi Sacri Palatij
Magistri, & Iudicis ordinarij præstito idem Reueren-
dissimus Dnũs Sacri Palatij Apostolici Magister
consideratis scientia, moribus & virtute, quibus eundẽ
Dnũm GREGORIVM Altissimus illustrauit prout
in dicto suo examine mirificè demonstrauit auctoritate
apostolica, et sui officij quo fungitur eundem Dominum
GREGORIVM MODLINSKI benemeritum,
dignum, sufficientem, & idoneum habitum in Sacra
Theologia Doctorem & Magistrum
fecit, creauit, & solemniter ordinauit; itaut in futurũ
omnibus & singulis priuilegijs, indultis, immunitatib.

exemptionibus, libertatibus, gratijs, fauoribus, dignitatibus,
prærogatiuis, & præeminentijs, quibus alij huius et quarũ-
cumque Vniuersitatum totius orbis in Sacra Theologia,
& Philosophia Doctores & Magistri de iure, vel consue-
tudine, aut alias quomodolibet vtuntur, potiuntur et gau-
dent, ipse quoque Illustris, & admodum Reuerendus D.
GREGORIVS MODLINSKI Theologiæ & Phi-
losophiæ Doctor creatus vti, potiri et gaudere possit, &
debeat, dans insuper, et concedens sibi licentiam, liberamq;
facultatem, & auctoritatem legendi, docendi, glossandi,
interpretandi, ac magistralem cathedram ascendendi,
similiter alios omnes et singulos actus doctoreos publi-
cè et priuatim exercendi pro eius libito voluntatis. His
sic peractis præfatus Dnũs GREGORIVS
considerans quod ad perfectionem cuiuslibet humani
actus finis congruus appetendus est, per quẽ appareat

principium, & medium aptè præcessisse ab admodum
Reuerendo Patre Magistro Fratre Paulo Ciera vno
ex dictis Promotoribus per Reuerendissimum Patrē
Dominum Sacri Palatij Apostolici Magistrum præ-
dictum ad Doctoratus insignia conferendum electo
et deputato, solita huiusmodi Doctoratus insignia
sibi dari, & concedi humiliter postulauit. Quamobrem
prædictus admodum Reuerendus Pater Magister
Frater Paulus Ciera petitioni eius honestæ annuens,
libros Sacræ Theologiæ & Philosophiæ clausos,
et mox apertos in eius manibus tradidit, digitum
annularem annulo subarauit, imposuitque capiti
eius biretum pro corona, ac ipsum demum in cathe-
dra doctorali collocauit, vt intelligeret se inter Sac:
Theologiæ & Philosophiæ Doctores fuisse receptũ,
prout ad osculum fraternum receptus fuit ad laudē,

& gloriam DEI Omnipotentis. In quorum omniũ
& singulorum præmissorum fidem, & testimonium
præsens Doctoratus instrumentum manu infrascripti
Reuerendissimi Sacri Palatij Magistri subscriptum
et Collegij prædicti sigilli soliti appensione roboratum,
ego Notarius, & Secretarius infrascriptus ad hæc
specialiter deputatus de mandato subscripsi, et publi-
caui; Acta fuerunt hæc Romæ in ipsius Almæ Vr-
bis Gymnasio Romana Sapientia nuncupato in
Regione Sancti EVSTACHII sub anno à
Natiuitate Domini nostri IESV CHRISTI
Millesimo sexcentesimo quadragesimo primo Indicti-
one nona, die verò quinta Mensis Februarij Ponti-
ficatus autem prælibati Sanctissimi Domini nostri
Dñi VRBANI diuina prouidentia PAPÆ
Octaui anno decimo octauo. Præsentibus ibidem

Illustri Dno Casimiro Waxman Canonico Varmien

Illri Dno Petro Rzuckoscki, et Illrib DD. Damiano

et Petro Kretkouski Nobilibus Polonis, et Illri Dno

Blanchino de Blanchinis Brixien testibus ad pmissa

omnia vocatis, atque rogatis.

fr Vinc. a Florentiola ord.s pred.
Sacri Palatij Aplici magr

Et ego Octauius Bissionus Romanus notus
pub.cus pradti Sacri Collegij Rev.mor Patrum
Theologor. Aloud Vrbis Assertis specialr
dep.tus quia praemissis omnib. interfui dum
generentur, eaq. rogatus in nota sumpsi
Idco pns Doctoratus priuilegium subscri=
psi et publicaui meoq. solito signo si=
gnaui in fidem omnium et praemissorum
rogatus et requisitus









